Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41832
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



iesus in desertum a
spiritu ut tentare-
tur a dyabolo · Et cū
ieiunasset quadra-
ginta diebus et qua-
draginta noctibus
postea esuriyt · Et ac-
cedens tentator dixit
ei si filius dei es : dic
vt lapides isti panes
fiant · Qui respondēs
dixit · Scriptū est ·
Non in solo pane vi-
uit homo : sed in oī
verbo qd̄ procedit de
ore dei · Tunc assūp-
sit eū dyabolus in sāc-
tam ciuitatem : et sta-
tuit eū supra pīnacu-
lum templi : et dixit
ei · Si filius dei es mit-
te te deorsum · Scrip-
tum est enim Quia
angelis suis manda-
uit de te : et in mani-
bus tollent te ne for-
te offendas ad lapi-
dem pedem tuū · Ait
illi iesus : rursum ·
Scriptū est · Non ten-
tabis dominū deū tu-
um · Iterū assumpsit
eū dyabolus in mon-
tem excelsum valde :
et ostendit ei omnia
regna mundi et glo-
riam eorum : et di-
xit illi · Hec oīa tibi
dabo : si cadens adora-
ueris me · Tunc dixit
ei iesus · Vade satha-
na · Scriptū est enim ·
Dominum deū tuū
adorabis : et illi soli
seruies · Tunc reli-
quit eū dyabolus : Et
ecce angeli accesserūt :
et ministrabant ei :~